

Latein

29. Januar 2010, 15:50 Uhr

Nuntii Latini Septimales 29.1.2010

Lateinischer Wochenrückblick 29. Januar 2010

In Afghanistaniam plures milites

Ille, qui Germaniam regunt, copias in Afghanistaniam missas augebunt octingentis et quinquaginta militibus. His mandatum erit, ut incolas tuteantur atque tirones Afghanos exerceant. Consilium est, ut copiae post duos annos in Germaniam redire incipiant.

Oskar Lafontaine munus depositurus

Oskar Lafontaine dux Factionis Sinistrae hoc vere illud munus deponet. Qui dixit propter malam valetudinem officio se abdicaturum esse. Duo capita factioni in posterum praeerunt.

Haitiana terra denuo conquassata

Duodecim diebus post illum calamitosum terrae motum Haitia denuo concussa est. Iuxta Portum Principis caput civitatis tentoria collocantur pro eis, qui tectis carent. Inopia aquae et cibi est maxima.

Weitere Informationen:

[Lateinischer Wochenrückblick 4/2010](#) →

Deutsche Version

Quelle: <http://www.radiobremen.de/nachrichten/latein/wochenrueckblick/latein/nachrichten144.html>